e-codices

Nunc hiſtrioneſ curet: ne miremini
Ipſe hanc acturus eſt iupiter comoediam.
Quid admirati eſtis? quaſi uero nouum
Nunc proferatur iouem & facere hiſtrioniam
Etiam hiſtrioneſ anno cum in proſcenio hic
Iouem inuocarunt. uenit auxilio hiſ fuit
Preterea certo prodit in tragoedia
hanc fabulam inq̄ hic iupit̄ hodie ipſe aget
Et ego una cum illo. nunc animum aduortite
Dum huius argumentum eloquar comoedię
hęc urbs eſt thebe. in illiſce habitat ędibus
Amphitrio natus argiſ ex argo patre.
Qui cum alcmena eſt nupta: electrę filia
Iſ nunc amphitrio profectus eſt Legionib;
Nam cum theloboiſ eſt bellum thebano populo
Iſ priuſq̄ hinc priuſ abijt ipſe met in exercitum
grauidam alcmenam uxorem fecit ſuam.
Nam ego uoſ nouiſſe credo iam ut ſit pater meus.
Quam liber harum rerum militarum ſiet
Q̃tuſq: amator ſiet quod complacitum eſt ſemel
Iſ amare occepit alcmenam clam uiro
Vſuramqꝫ eiuſ corporiſ coepit ſibi
Et grauidam fecit iſ eam compreſſu ſuo
Nunc de alcmena ut rem teneatiſ rectius
Vtrinque eſt grauida & ex uiro & ex ſummo viro ioue
Et meuſ pater nunc intuſ hic cum illa cubat
Et hęc ob eam rem nox eſt facta Longior
Dum illa qua cum uolt uoluptatem capit
Sed adſimulauit ita ſe quaſi amphitrio ſiet.
Nunc me ornatum hunc uos meum admiremini
Q ego huc proceſſi: ſic cum ſeruili ſchema
Veterem atque antiquam rem nouam ad uoſ proferam
Propterea ornatus in nouum inceſſi modum
Nam meuſ pater intus nunc eſt eccum iupiter
In amphitrioniſ uortit ſe ſe imaginem
Omneſqꝫ eum eſſe cenſent ſerui qui uident

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 2v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/2v)